



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia VI. Ioan. viij. Ego sum Lux mundi &c. xxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Pfal. 41.

qua largissime potatus fuit Prophetæ David, cum totum ad Deum suspirans dixit: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, quando veniã et apparebo ante faciẽ Dei? Et rursum: Sitiuit in te anima mea. Petamus has aquas à filio Dei: ipse enim nobis libentissime propinabit. Sicut dicit: Ego sitiens dabo de fonte aque vite gratis. Nihil in hac vita-stra peregrinationis meditemur, nisi quia hic non semper erimus: nihil sitiamus, quã Vitam æternam, nihil timeamus, ubi non conturbemur, ubi non moriamur, unde nunquam migremus.*

Pfal. 61.

in te anima mea. Petamus has aquas à filio Dei: ipse enim nobis libentissime propinabit. Sicut dicit: Ego sitiens dabo de fonte aque vite gratis. Nihil in hac vita-stra peregrinationis meditemur, nisi quia hic non semper erimus: nihil sitiamus, quã Vitam æternam, nihil timeamus, ubi non conturbemur, ubi non moriamur, unde nunquam migremus.

Apoc. 21.
August. Tractatu 32. in Ioan.

SENTENTIA VI. Ioannis 8.

Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

PARACLESIS.

CAPVT

XXV.

August. Tract. 34. in Ioannem.
Ioan. 1.
Pfal. 35.

Non arbitremur Dominum Iesum Christũ, hunc esse Solem quem videmus: sed ipse est per quem Sol iste, & omnia sunt facta. Et *LVX* est, de qua propheta olim cecinit: *Filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab vbertate domus tue: & torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vite; & in lumine tuo videbimus lumen. Filij hominum, inquit, sperabunt. Salus ista que in presenti est, hominibus pecoribusque communis est: Sed est alia, quam sperant homines, & accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant. Quæ est illa? Inebriabuntur ab vbertate domus tue: & torrente voluptatis tue potabis eos. Vnde? Quoniam apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen. Ipse fons vite ambulabat in terra: ipse dicebat, *Qui sitit, veniat ad me & bibat. Ipse & lumen est, Deus de Deo, Lumen**

Lumen de lumine: qui ait hominibus, Ego sum Lux mundi. Qui Lumen est, ipse & Fons est. Qui tibi lucet, et videss: ipse tibi manat, ut bibas. Sequere igitur illum Solem: istam Lucem ama: ut ad eam aliquando venias, in illa viuas & non moriaris. Spera in Domino: *Psal. 3.* quia Domini est salus. Non dedignabitur saluare, quos dignatus est tam clementer ad se vocare.

SENTENTIA VII. Ioannis 8.

Amen amen dico vobis: Siquis sermonem meum seruaerit, mortem non videbit in aeternum.

PARACLESIS.

Nullo in horto inuenitur herba eius efficacie, ut mortem depellere queat: & sicubi inueniretur, certe diuites essent pretii aucturi, ut tenuioribus nulla esset potestas illius consequenda. Et quid est hac vita, cum nihil non si prodesse possit, impendamus? Labor & Dolor: ut optari magis debeat mors hac naturalis, ut pote omnium miseriarum finis, quam arceri. Sed gratia Christo Saluatori nostro, qui de calo herbam contra vim verae mortis detulit: nimirum SALVTEM aeternam. *Eccl. 149.* *Esai. 49.* inquit Deus Pater ad filium suum D. N. Iesum Christum, dedi te in lucem gentium, ut sis SALVS mea usque ad extremum terra. Hae Herbae quae sola morti moderatur, tantum in horto seu Paradiso Ecclesiae Catholicae plantatae, ex semine incorruptibili & immortaliter nascitur, quod est Verbum Dei vivi & permanentis in aeternum: quod qui vera fide amplectuntur, liberantur ab aeterna morte: & consequuntur Vitam & salutem aeternam. Itaque haec Christi Iesu viva & salutaris Medicina sola & hanc corporis temporalem mortem moderatur & mitigat: & aeternam quae una timenda est, expellit: & Vitam aeternam confert. Beati ergo qui *Luc. 10.*

P

audiunt